

DE
ANTIQUA ECCLESIAE
DISCIPLINA
DISSERTATIONES
HISTORICAE,

*Excerptae e Conciliis Generalibus, SS. PP.
& Auctoribus Ecclesiasticis.*

AUCTORE
LUDOV. ELLIES DUPIN

S. F. Parisiensis Doct. Theol.

*Accesserunt in hac Editione Animadversiones qua-
dam, quibus nonnullae Auctoris Sententiae par-
tim explicantur, partim etiam confutantur.*

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS, MDCCLXX.

Sumpt. HEREDIS NICOLAI PEZZANA.


Superiorum permissu, ac Privilegio.

BIBLIOT. DE SAL. DEPOSITO
Postamenti de D. J. SERBANO

M O N I T U M

A D L E C T O R E M .

Quanquam sequentes Dissertationes non eo consilio fuerint compositaë, ut in unum volumen coirent, nec necessario videantur inter se connexæ; nihilominus tamen omnes tantam sibi mutuo lucem afferunt, ut conveniens visum fuerit, eas simul in lucem emitti. Dicturis quippe de Ecclesiastica *governance*, primum fuit inquirendum quænam olim foret Ecclesiarum forma, a quibus, & quomodo regerentur, quod prima Dissertatione præstitum est. Quoniam vero administratio alicujus societatis in judiciis præcipue consistit, ideo secunda Dissertatione de forma judiciorum fusc tractamus. Hanc sequitur tertia de antiqua excommunicatione, quæ poena est a Judicibus Ecclesiasticis infligenda. His præmissis Dissertationibus, in quibus antiquæ Disciplinæ Ecclesiasticæ fundamenta exponuntur, Pontificis Romani Primatus Dissertatione quarta stabilitur & explicatur; & in sequentibus quædam prærogativæ ipsi falso tributæ excutiuntur. Dissertatione quinta ejus judicium irreformabile non esse demonstratur. Sexta ipsum Concilii generalis judicio subesse ostenditur, nec posse leges a Conciliis latis infringere. In septima denique gravissimis argumentis ostenditur, nec Romanos Pontifices, nec



D E

ANTIQUA ECCLESIAE
DISCIPLINA

DISSERTATIONES HISTORICAE.



DISSERTATIO PRIMA.

De forma & distributione Ecclesiarum, praesertim quarto Ecclesiae saeculo, ubi de Patriarchis & Metropolitanis, illorumque jure ac prerogativis agitur.

PRÆLOQUIUM.

Omnis hominum societas, ut sit firma & stabilis, debet aliqua regiminis forma temperari; nam si sine ullis legibus homines inter se coirent, si nulla certa ratione regerentur, si cuilibet, prout libitum est, suis moribus vivere liceret, necesse foret societatem primum innumeris turbis bellisque confundi, ac deinde penitus dissolvi. Cum ergo Ecclesia sit societas homi-